nevoli ac liberales: omnes adhæc
proclivibus in ſtudia animis & re-
igioni dedidiſſimi, neqve ad bel-
a præliaqve ignavi, in qvibus om-
nibus prudentes ſemper fuerunt
tqve providi, ut ex ſubſeqventi
patebit narratione. *Viſurgis*, qvi *Viſurgis.*
rbis alluit mœnia, in Franconiæ
atus finibus & Thuringiana ſylva,
vam Semanam etiam vocant at-
ve Bacenem, inter Haſſiam pro-
pſus atqve Thuringiam vaſto
actu per Ducatum inde Brunſvi-
enſem, & hanc noſtram latè
anſit regionem, ac tandem ubi-
ve navigantibus in Germanicum
exonerat oceanum: ita ut vel
xinde pateat qvibus beneficio
ijus fluminis & qvam freqventia
icolis eſſe poſſint commercia.

Cæte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 25 vol. 2

Cæterum piſcium omnium ferax ſalmones hic, paſſeres, aſelli ne qvid dicam de aliis commun bus fluviatilibus: ipſi etiam ad ſtium haleces, ad ſtata tempora magnâ copià ac freqventi: neqv etiam eſt qvod dubites de marinis qvos vicinum à ſeptentrione ſub miniſtrat littus. Ad hujus ripa *Brema*, urbs Metropolis, omne ex ſuperioribus provinciis ſola ex cipit merces, ex qvibus tant percipit emolumenta, dum ea in exteras maritimas protrudit re giones, ut mirum non ſit eam hodie in maximo conſpici faſtigio. Habet, præter dictum Viſurgim fluvium, etiam alios non poſtremi nominis, ut *Alrem*, *VVummam*, *Dreptam*, *Lunum*, *Geiſtam*, *Stotelam*, *Bollam*, *Oeſtam*, *Swingam*, *Auwam* & *Eſſam*, piſcoſiſſimos omnes, ac amænitate ſua ad omnium uſum maximè proficuos atqve jucundiſſimos. In præfecturas etiam diſpeſcitur varias, qvarum hic ordo.

Præfecturarum ordo.

Wurden.

VVurden ſ. VVoerden, qvæ qvamvis exiguis limitibus conſpicua ſit; atqve

atqve in meditullio qvodammodo
renoſa ; nihilotamen minus ad
a, qvà Viſurgim & Geſtanæ tan-
it latera, fertiliſſimis abundat
aſcuis: parochias habet tres, &
agos novem. Hanc præfectu-
am Comes qvondam Oldenbur-
enſis, ut & reditus, qvos in fo-
Civitatis Leha habet, Civitati
ro 1800 oppignoravit aureis. A.
407 vetuſta & hæreditaria hæc
acta cum Comitibus renovata &
ivitati in manus tradita, additæ-
ve piſcationes in fluvio *Hunte* ad
ſum uſqve pontem. A. 1414
rveſcente Saxoniæ atqve Weſt-
haliæ Ducum in Bremenſes bello,
agna fuit Wurdenſium in Civi-
tem fides, ut qvorum operâ aper-
t Civium hoſtes *Dido* & *Gerol-*
us cum ſuis captivi in urbem de-
dcti. Eadem qvoqve præſtita a.
171. Gens ſemper bellicoſa, &
Achiepiſcopatui ita ſubjecta, ut
ſmper ferè libera fuerit, qvam-
v interdum debellata, & gravi-
bs ſubinde affecta fuerit animad-
vrſionibus. Arces habet nullas,
nqve fortalitia: & maxima hic
veteris

veteris Germaniæ veſtigia, qvò
maxima qvæqve conſilia omne
habeant inter pocula. Proxim
Hadleria. huic *Hadleria*, ſive *Hadelaria*, qv
priſcis qvondam annexa fuit Fr
ſiis. Gens hic ſuperba, & in ve
ſtium ornatu ita ſe efferens, u
qvas geſtare ſolent ad ſplendo
rem, eaſdem in viliſſimis non de
ponant laboribus: unde freqvens
Nullum in Hadleria deprehendi ruſti
cum. Totus hic diſtrictus olim
pertinuit ad Principes Saxoni
Lauwenburgicos. Hodie in e
Hamburgenſes habent præfectu
ram *Ritzenbuttel* & Arcem ad o
ſtium fluminis Albis cum oppoſit
littori inſula, & ad exitum flumi
nis ſitam, vulgo *Het Nieuwe VVerck*
qvaſi *Novum Opus.* Pars reliqva
cujus caput eſt *Atterndorff*, etiam
nùm Saxonici juris eſt; ita tame
ut parum abſit, qvin ſua gaudea
libertate. Exigua, qvæ ſupereſt
portiuncula in arbitrio eſt Bre
menſium, cujus caput eſt *Nieu*
wenhaus, ad oſtium fluminis Oſtæ
Tritum illius nomen eſt *Het land*
Kedingia *Hadelen.* Huic vicina eſt *Kedingi*
inte

iter Oſtam & Swingam fluvios, vulgo *Keidingerland.* Inde ſuccedit *Altlandia*, ſive *Das Olde Stadeland*, diſtrictuum omnium amæniſſimus, exornatus hortis & pratis jucundiſſimis: porrigitur à Swinga uſqve ad Elſam fluvium, & Buxtehudam oppidum. Primaria illius Civitas eſt *Stada* Swingæ flumini accumbens. Præfectura *VVildshuyſen* à capite ſuo nomen habet Situm ad Huntam fluvium, qvi ſupra oppidulum Huntenburgh, Oſnaburgenſi Epiſcopatu exortus in Dummel lacum illabitur, atqve ex eo ſupra Diepholt oppidulum aliqvot egreſſus alveis eoſdem in unum iterum contrahit, atqve exinde anfractuoſo admodum flexu ad Oldenburgum defluens oppidum tandem ad Enſlietam in Viſurgim deponit. Oppidum *VVildshuyſen* Oldenburgenſium qvondam fuit juris; Vendita poſtea Archiepiſcopis Bremenſibus à *Nicolao*, itidem Archiepiſcopo Bremenſi oppignoratum eſt Epiſcopo Monaſterienſi A. 1429 pro 4200 florenis; ea tamen

Altlandia.

Stada.

Wildshuſen.

men

men lege, ut qvando vellet
pignore eximeret ſolutione. N
dus hic fuit Monaſterienſibus, e
qvo multum damni ſubinde ill
tum eſt Oldenburgenſibus. Su
Huntelo-ſen. hic præterea *Huntelofen* oppidu
non contemnendum ad ejuſde
Cnethem. Huntæ ripam, ut & *Cnethem* a
fluvium Lætum, qvi ex Vecter
emergens territorio Wildeshuſe
ſem percurrit præfecturam & ſ
pra Oldenburgum Huntæ ſe jun
BREMA. git. Seqvitur BREMA, ut o
lim Archiepiſcopatus, ita hodi
Ducatus totius caput atqve m
tropolis, & inter Hanſeaticas c
vitates præcipua, ſita ad Viſurg
ripã dextram; antiqviſſima Chat
corum ſedes, qvibus aut ſucce
ſerunt Saxones, aut nomen ta
tum aſſumptum. Dicebantur etia
Oſtwali, h. e. Saxones Orientale
qvi etiamnum inter Viſurgim hab
tant & Albim, ad differentiam *Weſt*
phalorum, qvi ad occidentem
trans Viſurgim, ſuis hærent in ſe
dibus. Nomen habet, à Ptolo
mæi Φαβιρανῷ; reliqvorum ad nota
tionem vocis alluſiones abludunt
verita

etate, in qvibus nunc non mo-
Urbs vetus ita priſcis & no-
recens munitionibus munita,
omnes hoſtium impetus aut
ari, aut penitus eludere poſ-
Additum haud multis retro
is novum urbis ad oppoſitam
m augmentum, ac validiſſi-
ornatum ad tutelam muni-
tis totum fluminis defluxum
atiſſimè defendit. Habuit hoc
ium a. 1623 & finem paulo
ad octo uſqve præpugnacula
duabus portis per qvas omni-
patet aditus. Initio ædibus
us, nunc incremento civium
ventius. Utraqve ripa arti-
ſiſſimo jungitur ponte, addi-
molis qvæ omnibus ſufficiunt
bus. Ad frontiſpicia pontis in
o opere munitiſſima conſpici-
turris *die Braut*, *Sponſa*, dicta.
oppoſitam ripam, in priſco o-
, verſus occaſum nobilis illa
itur rota, qvæ hauſtam ex
rgi aqvam in varias civium æ-
, per ſubterraneos tuborum
ales, miro artificio optatum
peditat liqvorem: &, qvod
mirêre
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 25 vol. 2

mirêre magis, ſingulis horar
ſpatiis decies millia exhauſta ab
miniſtrat urbi dolia; ſed nec
ſunt & aliis putei, qvamvis co
qvendæ cerviſiæ minus ido
Ædificia pleraqve ex lapide
cocto qvam vivo, qvi ex mont
exciduntur lapidicinis, qvæ
mnia pulcherrimè decoctis te
guntur imbricibus, qvod n
li neminiqve liceat uſtibili
domos tegere materiâ, cum
nibus idem ſit animus com
nibus operis commune arcere in
cendium. Multum item faci
ornatum, qvod æqvabili pla
ei interſtitio omnes ſaxis ſtr
ſint plateæ, exceptis illis qvæ
Cathedrale ſunt templum.
Veterem, qvam dicunt, Urb
prçter eam qvç ad urbem admi
patet aditus qvinqve portis:
rum Orientalis, præter turrim
teriorem, exterius validum et
habet præpugnaculum, cui p
ximè cornutum militare vici
eſt opus. Hinc *Gregum* ſeqvi
Porta, cujus inſcriptio:

Brem

Bremæ, ut ſis ſoſpes, ſic fortior
hoſpite hoſpes.

Seqvuntur mox aliæ, ut *Anſ-*
rii, qvam exſtruxit *Hartwicus* in
emoriam S. Anſgarii Epiſcopi
emenſis a. 1182, ut & Dovana
ephani, & aliæ. Si nume-
s propugnacula, multa ſunt,
his adhuc plura intra triennium
ldita, adeo munita ut paucos in-
a annos noviſſimam ante Wran-
elii obſidionem partis illius fa-
em totam immutatam dixeris.
rbem veterem multa priſca ex-
rnant templa, ut *Stephani* ad
ccidentem, & in urbis ferè angu-
, ad dictam à ſe portam, ele-
ans & undiqve luci pervia: qvon-
am in ſuburbio fuit, cum ſuo
anonicorum cætu, qvò & Wil-
hadi tranſlatum collegium, ab
dalberone Archiepiſcopo ut &
arvum *S. Nicolai* fanum ubi
unc pauperes recipiuntur vi-
uæ. *S Jacobi*, *S. Angarii*, primis
remenſium Epiſcoporum, ab
. 1182, cui *Hartvicus II*, Archie-
piſcopus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 25 vol. 2

piſcopus Bremenſis Canonico
adjecerat Collegium, atqve i
ſepulturam ſuam habere perh
tur. Multa in hoc templo e
phia, & candelabra perpul
in coronæ ſpeciem accommod
nec ſvavius ullibi muſicum q
hic organum. Hujus turri
fulmine periiſſe dicitur a. 1
ſed qvæ reſtaurata eſt a. 1160.
& templum *S. Martini* ad dext
Viſurgis ripam prope ponten
vium liberalitate exſtructur
1375: pulchra & hic notabis e
phia. Qvod Cathedrale T
plum eſt D. Petro dicatum ſc
tur. Hoc *Willehadus* a. 788
ſtruxerat ex ligno; at a
poſt 250 novum qvaſi ex
neribus magnificentiſſimè ſ
tarunt *Adelbertus* & *Liemarus*
chiepiſcopi, & vivo totum
ornarunt lapide, ubi ſimu
tiamnum hodie multorum e
coporum conditoria. Hoc
bus primùm ſuperbiebat t
bus, qvarum altera, qvæ
huc exiſtit conſtrui cæpta e
1446; altera a. 1638. 6. Cal. F

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 25 vol. 2

te primam pomeridianam cum
mpanis omnibus, qvarum de-
m fuit numerus, corruit. Te-
um ejus ad a. 1553 fuit cupre-
n, qvod ex fulmine periit, cui
ſtea ſuffectum plumbeum. A.
130 abrogatis Pontificiorum
ribus, ac mox ann. 1533, &
134 inter Senatum urbis & Ar-
ciepiſcopum *Chriſtophorum* illis
anſactum conditionibus, ut in
athedrali hoc templo ad conci-
lm uſqve generale pontificiæ
bſiſterent ceremoniæ & Augu-
næ Confeſionis admitterentur
ercitia auſpiciis *Friderici* Archie-
ſcopi, poſtea Daniarum Regis.
t & in ſuburbio Xenodochium
m templo *S. Remberti*, ad qvod ſi-
ul nonnulli pertinent pagi: hoc
1547 per obſidionem Bremæ
euſtum, a. 1596 iterum extructum
tandem iterum a. 1523 unà cum
Pauli monaſterio vi metus ho-
lis à Bremenſibus dirutum. Ex
liqvis qvæ in urbe fuerunt Cæ-
obiis, ut S. Catharinæ, muta-
m eſt poſt reformationem in
holam illuſtrem & Gymna-
ſium,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 25 vol. 2

ſium, & *S. Johannis* in Xeneo-
chium, in qvo aluntur homin
ſenectute confecti, aut mente ca-
pti, cujus reditibus acceſſêre e-
tiam reditus Xenodochii *S. Georg*
poſtqvam illud incendio deletum
fuit, ut & *S. Gertrudis.* In Dom
S. Eliſabethæ aluntur provectio
ætatis viduæ: in domo autem S.
Nicolai extra matrimonium ali-
qvot viventes puellæ. Orphano-
trophium inſtitutum eſt ex libera-
litate cujuſdam *Tarqvinii de Mo-
tignano*, natione Neapolitani, q
nuncupatus Bremæ vixit, & mor-
tuus eſt a. 1598, ac poſtea acceſ-
ſione donationis civium perfe-
ctum, atqve reditibus auctum.
Domus Nautica fundata eſt a.
1545 ex Nautarum & Mercato-
rum largitionibus, in qva nautæ
Senes, aut qvi per naufragium
pauperes ſunt facti habentur ho-
neſtiſſimè. Eſt & extra urbem Xe-
nodochium *S. Remberti* ab Arche-
piſcopo ejuſdem nominis funda-
tum, in qvo ſenes utriuſqve ſexus
nutriuntur. Nec negligendum
Ergaſterium profligatæ juventutis

bi ab otio & prodigalitate ad me-
iorem reducuntur frugem, vul-
o *Zughthauſſ*; ſed cum hoc ab a.
629 collabi cæpiſſet, inde a. 1644
dem Ampliſſimus Urbis reſtaura-
it Magiſtratus, novamqve inſtau-
avit. Domum aliam in qva ſponta-
ei operarii, tam maſculi qvam fe-
nellę publicis impenſis victum ſibi
værunt, illi exotica ſervis dimi-
uendo ligna, hę ducendo fila aliiſ-
ve puellaribus operibus. Turris
yrii pulveris qvæ a. 1647 cum aliis
am privatis qvam publicis incom-
nodis ac damnis incenſa corruit,
Magiſtratus maximis iterũ reſtau-
avit impenſis a. 1650. Scholæ a.
522 inſtitutæ primus præfuit Re-
tor *Joannes Oldenburgius*, qvi omni-
us bonis litteris, artibus liberali-
us atq; linguis in uſum publicum
eceſſariis prima pulcherrimè po-
uit fundamenta. Huic Scholæ, ex
cto claſſibus conſtanti, poſtea
dditum eſt Illuſtre Gymnaſium, in
vo hactenus Philologia, Philo-
ophia, & tres aliæ ſuperiores fa-
ultates, Medicina, Juriſprudentia
ocentur atqve Theologia, ad

 qvas

qvas audiendas publice & priva-
tim diſcendas ex remotioribus e-
tiam regionibus freqventiſſima
confluit juventus. Hujus diſcipu-
li fuerunt *Euricius Cordus*, *Joachi-*
mus Meiſterus, *Joannes Molanus*,
Nathan Chytræus, *Chriſtophorus*
Pezelius, *Urbanus Pierius*, *Joannes*
Eſychius, *Matthias Martinius*, *Jo-*
annes Lampadius, *Henricus Bu-*
ningius, *Henricus Iſſelburgius*, *Lu-*
dovicus Crocius, *Conradus Bergius*,
Joannes Compachius, *Gerhardus a*
Neufvillius, *Juſtus Reiffenbergius*,
Joannes & Balthaſar Willius, *Joan-*
nes Coccejus, *Hermannus Hildebrand*,
Joannes Teſmarus, *Reinoldus Adami*,
Principis Januſii Radzivilii in Li-
thuania moderator, *Michaël We-*
phardus, Academiæ Gelro-Zutpha-
niæ Profeſſor Theologiæ, ut & e-
tiam incomparabilis Juridicę facul-
tatis ibidem primarius Profeſſor
Dn. Arnoldus Schône J.U. Doctor &
Collega meus, ne qvid dicam e
aliis. Addita nuper etiam inſignis
Bibliotheca tam manu, qvam
typis præclara, cui ab a. 1647 (...
verſæ urnæ cum combuſtis acc...
sé...

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 25 vol. 2

ſêre oſſibus, cineribuſqve, nuper in Bremenſi præfecturâ *Behderckes* repertæ inter Tumulos & monumenta Chaucorum, cum variis antiqvis ferramentis. Forum, Curia, Armamentarium, Domus Mercatoria, Burſa, Granarium, Cella urbis Vinaria, & qvæ alia publica ſunt ædificia ampliſſimæ ſunt ſtructuræ. Forum muro cinctum. Curia ſui initium refert ad a. 1405, exterior ejus facies ſtatuas exhibet Imperatoris, Electorum, ut & priſci qvondam ſæculi ſapientum, Platonis, Ariſtotelis, Ciceronis, aliorumqve ex lapide. Sub Curia Cella Vinaria omnis generis vina pro exiguo promit pretio. Ante Curiam poſitæ in qvincuncem tiliæ ambulacra præbent jucundiſſima, in qvibus ad Ortum Imperatoris *Caroli Magni* lapidea ſeſe exponit ſtatua, cum imperialibus ſupra caput inſignibus. Mercatoria Domus, ex vivo cæpit lapide a. 1537 pulcherrimis tricliniis exornata, atqve conclavibus. In altero lateris illius angulorum locus eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 25 vol. 2

Prangher, in qvo malefici public notantur infamia, in altero ſtatu eſt Rolandini dextra gladium te nentis, & ſiniſtra ſcutum, in qv conſpicua eſt Aqvila. Signum e libertatis, & conceſſæ huic Urb à *Carolo Magno* immunitatis qvam ſeqvens ſcuti teſtatur in ſcriptio.

Vryheit/ die ich yn open-
bahr/
De Carll/ und männig
Forſt vorwahr.
Deeſer ſtadtt gegewen hatt.
Des danckett Gode/ is
min Rath.

Ad Occidentalem fori plagam ſplendidiſſima itidem cernuntu ædificia, ex qvibus publica ſunt Pharmacopæa urbis, Domus Ve ctigalium, Taberna Vinaria pu blica, in qva Magiſtratus nomin venale eſt vinum in recreationem potiorum civium, ex ritu & mo re Saxonicarum & Weſtphalica carum civitatum. Armamenta

rium

rium urbis omni belli apparatu in-
ſtructiſſimum ad paſtoralem habe-
tur portam, Granariorum alte-
rum eſt ad templum S. Stephani,
alterum ad S. Martini, qvibus
Tribuum ſingularum peculiaria
accedunt horrea, ex qvibus in ſuos
dimetiuntur uſus: ubi ſimul me-
morabile, qvod piſtoribus qvo-
qve ſingulis ex publica præſcribi-
tur lege qvantam qviſqve frumen-
ti præſto teneatur habere copiam.
Eadem ſimul habetur & Salis, &
carbonum foſſilium, ne urbs ali-
qvando, urgente neceſſitate cu-
juſcunqve rei laboret penuria.
Habet & ſuburbia duo *Am ſtein thor*, & *Vth Bremen*, utrumqve à
ſeptingentis habitatum familiis.
Sed nec prætereundus hic locus,
qvi in veteri eſt civitate, ad dex-
tram Viſurgis ripam, inter S.
Martini templum & dictum jam
Granarium, ſpatioſus lapidibuſ-
qve ſtratus, vulgo *Slacht*, in qvo
& merces ex navibus deponuntur,
& ex qvo itidem in naves de-
feruntur. Civitas Hanſeatici fæ-
deris tertium ſeſſionis locum obti-

net, ſeqvuta Coloniam, qva
proximè ſeqvitur Lubecam in or
dine primam. Inſigne Urbis eſt
Argentea clavis in rubra area. *Ca
rolus V.* Bremenſibus jus cudendæ
conceſſit pecuniæ cum imprimen
da etiam Aqvila inter recepta ſib
inſignia. Cives benigni, libera
les & hoſpitales: in peregrino
humani, in parandis facultatibu
induſtrii & laborioſi. Mercatur
hic habetur freqventior & coctu
ra Cerviſiæ: agricultura rarior
Civitas adeo populoſa ut nulli pe
regrino liceat ſuis hic fortunis lo
care ſedem ſine publica Magiſtra
tus authoritate, aut ullam exer
cere negotiationem priuſqvam
jura compararit civitatis, atqv
eidem jurejurando ſe obſtrinxe
rit: ad qvod tamen juramentum
nullus admittitur peregrinus, niſi
prius in præſentia duorum ſpon
ſorum civium juraverit, ſe inte
græ vitæ ſtudioſum ab omnibu
abhorrere ſeditionibus, nec cui
qvam mancipii jure obſtrictum eſ
ſe: & ſi qvis forte civis mancipio
alicui obſtrictus fuiſſet, poſt de
curſum

curſum unius anni à data civitate, pleniſſima tamen conceditur libertas, jure privilegii à *Carolo Magno* Bremenſibus conceſſi, & à *Friderico I.* a. 1186 confirmati. Incolæ ſunt aut ſenatus, aut Eruditi, ſive Eccleſiaſtici, ſive Politici, Patricii, Mercatores, atqve Opifices. Mercatores in ſuas ſocietates diviſi ſuos habent Seniores; Opifices in ſuas diſtincti tribus aut ſuis ſubſunt præſidibus, aut à Senatu ad id delectis, qvibus adjunguntur Tribuni, qvorum qviſqve & Senatui & Tribui ſuæ juramento ſe obligat fidelitatis. Interim ſingulæ tribus præter impoſita à Magiſtratu onera, certum ſclopetariorum numerum, tempore bellicæ neceſſitatis, ad urbis defenſionem ſubminiſtrare tenentur. Regiminis politici primùm adminiſtratio fuit penes ipſum Imperatorem ad uſqve *Ottonem I*, qvi urbem per ſuos regebant Proconſules: intercedente inde *Adeldago* Archiepiſcopo in Conſulum venit arbitrium a. 1307. Poſtea cum potentiores ad Oligarchiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 25 vol. 2

aſpirarent, multæ ex veteribus familiis à recentioribus cum conjugibus ejectæ ſunt atqve liberi, imperatumqve ne imperantium numerus ultra triginta ac tres aſſurgeret perſonas, ac præterea ut in defuncti locum ex eadem ſubrogaretur parochia, in qva aliqvis mortuus eſſet, & non ex aliâ. Sed hanc legem mox ſuſtulit *Bulla* Pontificis *Bonifacii* a. 139, data poteſtate ut ſine parochiarum delectu qviſqve eligeretur digniſſimus. A. 1426 per ſeditionem Senatus ejectus novuſqve creatus, ſed qvi mox per Principum interceſſionem iterum remotus. A. 1530 recrudeſcente ſeditione cives CIV Viros elegerant, ſed qvi a. 1534 iterum remoti, ac priſca regiminis forma reſtituta: cautumqve ſerio ne privata agitarentur conventicula, nec in tribubus qvicqvam ageretur, qvam qvod concerneret opificia, nec tribus ipſis inſcio convenirent Magiſtratu. Senatus qvatuor conſtat Conſulibus ac Senatoribus 24; ita ut ſingulo Conſuli ſex adſint Senatores,

cum

cum qvibus diviſæ in qvatuor partes Civitatis partem qvartam adminiſtrat. Inter hos Conſules & Senatores omnia Civitatis diſpertiuntur munera. Ex Conſulibus, qvibus Magiſtratus eſt ad vitam, duo ſingulis præſunt annis, diviſo in ſemeſtre anno, ita ut primo ſemeſtri unus præſit, ſecundo verò alter. Senatus ipſe à Civibus Sapiens Conſilium vocatur, vulgo *den Weiſen Rath*. In electione ratio habetur doctorum & prudentum exclusá omni gratiâ atqve cognationis favore. Electuri Conſulem aut Senatorem jurant ſe electuros reip. digniſſimum, mox conclave ingreſſi non prius dimittuntur, qvam comprobata omnium electione. Cura vero Ærarii, Armamentarii, Granariorum, Munimentorum, Templorum, Xenodochiorum, aliorumqve redituum publicorum etiam privatis aliis committitur civibus; ſed qvibus plerumqve unus adjungitur ex Senatoribus, ut concreditarum ſibi rerum curam conjunctis gerant operibus, qvi ſingulis
 annis

annis ipſi rationem reddunt Sen
tui, ſed à qvo ad Cæſarem datu
appellatio, aut Cameram Spiren
ſem; ea tamen lege ne litis con
troverſæ ſumma infra ſexcento
Rhenanos ſit aureos, & qvi pro
vocat, datis ſponſoribus jura
mento ſe obliget, ſe appellatio
nis jure in fraudem adverſæ parti
non abuſurum, atqve, ſi contu
maciæ petulantiæqve condemne
tur, qvinqvaginta aureorum mu
ctam Bremenſi ſoluturum Sen
tui, ex privilegio *Caroli V.* E
hic & Inferius Judicium ex tribu
conſtans judicibus, Senatoribu
duobus & Juriſconſulto. Ad ho
deferuntur lites Civiles ducento
rum tantum aureorum, à qvo pro
vocatio ad Superiorem tantum e
Senatum. In hoc Conſilio qvidqvi
controvertitur de plano deciditur
etiam in ipſis feriis. Eſt juxta i
hac Urbe Judicium Cameræ, ub
diſqviritur de injuriis itidem cum
appellatione ad Superiorem Sena
tum. Ultimum judicium eſt Vigi
liarum & Cuſtodiarum, ubi agi
tur de rixis excubantium. Habe
etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 25 vol. 2

tiam Civitas præter communia &
cripta jura, privata etiam ſua
tatura, qvæ ab a. 1281 conſcri-
ta, poſteaqve aucta & emenda-
a abqve Imperatoribus confirma-
a. Cæterum Gubernamen Civi-
atis ita ſemper Magiſtratui abſo-
utum fuit, ut etiam cum Archie-
iſcopi eſſent, Senatores ſuos e-
egerit citra aſſenſum Archiepiſco-
orum aut diſſenſum, & qvæcun-
qve publica eſſent munera diſtri-
uerit, publica omnia adminiſtra-
verit, & jura Civitatis qvibuſ-
cunqve vellet donaverit: leges &
tatuta tulerit, mutaverit, & ju-
iſdictionalia omnia, tam in civi-
ibus, qvam in criminalibus, co-
gnoſcendo, exeqvendo merum
& mixtum imperium adminiſtran-
do exercuerit: Urbis item muni-
tiones, mænia, valla & foſſas ad
lubitum, ſine ullius alius arbitrio
conſtruxerit, emendaverit: in &
extra civitatem inter ſuos jure col-
lectandi, diribitoria aſſignandi,
delectuſqve agendi, ac ſimilibus
juribus, nullo impediente penitiſ-
ſimè gaudebat; qvæ omnia terri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 25 vol. 2

torialia jura liberæ Imperialis C
vitatis indubitata poſſunt eſſe a
gumenta. Inſuper qvotqvot oli
fuerunt Archiepiſcopi, Civitate
Bremenſem in ſuam fidem adſtr
cturi ſemper jurabant omni ſtudi
qvamcunqve daturos operam n
qvid detrimenti civium caperen
privilegia, immunitates aut ali
qvæcunqve conſuetudines : n
qvid de aliis dicam Regalibus, u
de Juriſdictione, pacificatione &
protectione viæ Regiæ, & Viſur
gis fluminis ab utriuſqve ripæ par
te ab urbe uſqve ad ipſum in ma
re exitum: jure cudendæ mone
tæ tam aureæ, qvam argenteæ
eiqve inſcribendi Reip. tituli cum
Imperiali Aqvilâ: jure imponen
di ſtapulæ, & qvorumcunqve a
liorum, qvæ non niſi illis compe
tunt civitatibus, qvæ immediat
ſubjectæ ſunt imperio. Item qvod
Senatus & Conſules Bremenſe
à nullo judicari poſſint niſi ab ipſa
Imperatoria Majeſtate, aut Cæ
ſareo Spirenſi judicio. A. tandem
qvoqve 1640 Bremenſes ab Impe
ratore *Ferdinando III.* ad Imperia
lia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 25 vol. 2

ia invitati Comitia ſuos miſerunt Legatos Ratiſponam, qvi inter liberas Imperii Civitates locum ſuum habuerunt & conſeſſum: & in Comitiorum actis a. 1641 expreſſa fit mentio *D. Bethmanni Herdeſiani*, Syndici Bremenſis, qvi dictis interfuit Comitiis, in qvibus & numerus notatur militum, qvos, poſtulante belli neceſſitate Bremenſes Imperiali adjungere debeant exercitui: & a. 1646 Brema, publico Cæſaris diplomate Imperialis dicta Civitas, ſexdecim juſſa eſt ſuſtentare eqvites, atqve pedites triginta & duos, qvorum ſumptus in ſingulos aſſurgebat menſes ad trecentos atqve viginti florenos; qvi tamen ne ab ipſis qvidem Imperatoribus jugiter exigi poſſunt, niſi totius Imperii conſenſu. Dominia ejus cis & trans Viſurgim qvæ Bremenſi Civitati immediate ſubjiciuntur eſt *Vielandia*, ſita nobis eſt cis Viſurgim ad ſiniſtram fluminis ripam, tractum ſuum habens totum inter Viſurgim & Oeſtum fluvios, circuitu qvinqve ferè milliarium, *Vielandia*

pin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 25 vol. 2

pinguiſſimæ glebæ, & fertiliſſ
mis tum agris, tum lætiſſimis pa
cuis freqventata. Parochias com
plectitur tres, & pagos tredecim
in qvibus *Arſten*, *Warthorn*, *Scau*
ſen, *Buren*, & alii. Non ab
ſone judicarem eam dici *Vielan*
diam, qvaſi *pecorum terram*, qvo
abundantiſſimis gaudeat pratis a
lendis pecoribus aptiſſimis. Di
viditur in *Superiorem* & *Inferiorem*
qvorum illa ab urbe Brema remo
tior; hæc autem urbi propior, i
ſiniſtram Ochti ripam tres exci-
piens fluvios *Varrel*, *Delmam*, &
Wels, inqve ipſum tranſmittit Vi
ſurgim. Hæc Regio ſe in fidem
dedit Urbis a. 1313, ea lege, u
ei, qvacunqve urgente occaſio-
ne, præſto eſſet. Ortum verſus,
ſuperato Viſurgi, *Hollerlandia* eſt,
qvæ ad ortum Wummæ fluvii ſini-
ſtrum tangit latus. Hæc aliqvan-
tulum priori major eſt, & nonnul-
lis inter monticulos ſylvulis amæ-
nior, in qvibus agri ad omnis
generis frumenta cultiſſimi. Pa-
rochias habet tres, & pagos tan-
tum qvinqve ſed populoſiſſimos;
in

Holler-landia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 25 vol. 2

n qvibus *Oſterholt*, *Ravena*, *Elen.* &c. *Blocklandia* cum juriſdi- *Blocklandia.*
ctione *Borchfeldia*, qvarum illa ſiniſtram fluminis majoris Wummæ
oram tangit, hæc utroqve fluvio
Wummæ majore & minore clauditur: utraqve piſcibus dives,
qvorum uberrimam piſcationem
n incolas prædicti conferunt fluvii. Armenta itidem hic in paſcuis copioſa, & alia qvæ concerrunt ad victum. *Weerderlandia*, *Weerderlandia.*
nter Viſurgim & Leſmonam,
qvamvis paſſim ſabuloſa & arenoſis interſpergatur ſpatiolis, egregios tamen alicubi reperias locos
uberrimis ad frumenta agris, &
paſcuis armentis gregibuſqve aptiſſimis. *Blumenthalia* & *Neoclesia*, *Blumenthalia.*
vulgo *Daſſ Gericht Nieuwen kirche*, *Neoclesia.*
dextro Viſurgis adjacent lateri,
qvarum tractus plane lætiſſimi atqve jucundiſſimi: ac *Blumenthalia*, ſane à propria ſui conditione
nomen vel exinde accepiſſe videtur, qvia nuſqvam præfecturarum ipſa rerum parens Natura
plures in unum contulit delicias
aut amænitates profudit, atqve
hic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 25 vol. 2

hic loci. Nam ab uno latere j- cundiſſimi ſcatent ſaltus & opa paſſim nemora, ab altero pro- xi atqve jucundiſſimi colles cu gratiſſimo proſpectu in receſſus tiam longiſſimos. Eſt etiam Br menſium ditionis *Behderka* præf ctura, ad Hadelariam terram ſit cum arce egregiè munitâ & ſu firmata præſidio. Hæc propriu olim fuit Dominium, ut ex vic no patet municipio *Lehe*, qvc incolis ſemper fuit freqvens bellicoſum. Omnes hæ præfe cturæ ac tractus Bremenſium pa rent Senatoribus, & ab iiſde adminiſtrantur, qvi Droſten a Vooghden, h. e. Satrapæ aut Præ fecti appellantur: horum ſingu jus dicunt; ſed cum appellation ad ſummum Urbis Magiſtratum qvi omnimodam in omnes territo rialem exercet ſuperioritatem at qve juriſdictionem.

Behderka.

HISTORIA.

Phabiranum, unde *Bremam* di ctam diximus jam fuit temporibu *Ptolomæi*, qvi vixit circa a. Chriſt 139. A. 449 proficiſcentibus in Britanniam Angilis Saxonibus

contra

contra Scotos ac Pictos vocatis Brema navigia ſubminiſtravit & qvemcunqve belli apparatum. A. 788 à *Carolo M.* primum accepit Epiſcopum *Wilhadum* Anglum, qvi patriâ harum regionum lingua utebatur. Conſtat tunc muros necdum habuiſſe; eminentiorem tamen cæteris fuiſſe argumento ſunt non *Phabirani* nomen, ſed & ſedes Epiſcopalis, ut & privilegia à Carolo conceſſa qvæ vilioribus locis aut pagis conferri non ſolent. A. 923 eam bis Hunni, Hungari, incendio deleverunt, majus damnum paſſura, niſi Imperator *Henricus Auceps* decimum qvemqve ex agrariis in urbes coëgiſſet, qvas muris cingerent. A. 934 Gubernatoribus juriſdictione abutentibus abiit in Oligarchiam, atqve inde auſpiciis *Adaldagi* Archiepiſcopi, ſuæ reſtituta libertati. A. 1000 muris cingi cæpit ob piratas Danos qvi tum Saxonica vaſtabant littora, & *Bernhardi* Saxoniæ Ducis inſidias, qvi tum Ducatus ſui limites acceſſione vicinarum augebat regionum. Is

nepos

nepos fuit *Hermanni Billingi*, qvem *Otto I.* in Italiam abiturus 965 Saxoniæ Ducem creavera[t.] Ornatum hunc urbis ſeqvuta e[ſt] donatio *Emma*, viduæ *Luderi* C[o]mitis paſcuorum a. 1032, qvæ [Al]tiamnum civium appellantur. [A.] 1035 muri perfecti & ab Archi[e]piſcopis perampla ad occaſum a[d]dita turris. Sub a. 1035 graſſan[tes] in Viſurgi piratas & vicinu[m] populantes agrum ad Leſmona[m] profligati. A. 1042, tota confla[gravit] gravit funditus cum omnibu[s] templis, baſilicis & ornamenti[s.] *Bezelinum* inde reſtauratione[m] molientem mors civibus eripui[t,] qvem ſeqvutus *Adalbertus* Archi[e]piſcopus muros cum dicta dejec[ta] turri, lapideſqve ad reparatione[m] Baſilicæ tranſtulit a. 1043, cæt[e]roqvin homo ambitioſiſſimus; ſe[d] magnæ apud *Henricum III.* Imp[e]ratorem exiſtimationis, adeo [ut] dignus habitus fuerit, qvi educa[tioni] tioni *Henrici IV.* præponeretu[r.] Idem nihilominus tria hic fundav[it] templa, Willehadi, Stephani & S. Pauli. Hunc excepit Archi[e]

piſco

ſcopus *Liemarus*, qvi ſub Pontificatu *Hildebrandi*, poſtea *Gregorii VI*, flagrante bellis Germaniâ contra *Henricum IV.* à Lothario capis eidem urbis judicium temporale, ſive Advocatiam dedit, anumeratis juxta trecentis pro lieratione marcis. Hinc natæ cm Ducibus Saxoniæ lites de hæreditario urbis jure, & ſolicitæ vium exinde contra prætenſum hc jus defenſiones. A. 1096 Bremenſes ſuas qvoqve ſub *Henri-IV*, Duce *Gothofredo Bullionæo*, i ſacram expeditionem copias miſerunt, tantamqve meriti ſunt ratiam, ut maxima qvæqve tulrint privilegia non tutandi tanum Viſurgim, ſed & auri ac riis operis in veſtitu, qvi hos Eqveſtris eſt dignitatis, cum ypeo Rulandi & inſignibus imerii. A. 1138 Occupata fuit ab *lberto* principe Anhaltino ſuaſu *onradi* Imperatoris, qvi ferre on poterat *Henricum Superbum* avarum duos tenere Electoatus: atqve inde ab ejus hoibus Rudolpho Comite & Fri-
derico

derico Palatino expugnata fu-
atqve depopulata. A. 1147 ubi
reſpiraſſet, authoritate Impe-
ratoris *Cunradi*, inſtructa claſſe,
cum ſuis Saxonibus & Weſtpha-
lis, cum in Galliciam appuliſſent
Saracenos *Ulyſſibona* ejecerunt,
& reſtituerunt Chriſtianis, un-
de etiamnum illis eadem
vibus commerciorum jura.
1158 ad Dunæ, in Livonia, ap-
pulere fluvium: Chriſtianiſmum
propagarunt, Rigam fundarunt,
& inſtituerunt Epiſcopatum.
1164 Ab *Henrico Leone*, Hen-
ci Bavariæ Ducis filio, neqvi-
qvam contra moliente *Chriſtia-*
Oldeburgico, urbs expugnata
atqve direpta; tranſactum ta-
men negotium interventu *Ha-*
vici Archiepiſcopi, & redemtio-
ne mille drachmarum argenti.
A. 1168 *Fridericus Barbaroſſa* da-
ta à Carolo M. privilegia confir-
mavit: Henricum in exilium
pepulit, Hartvicumqve Archie-
piſcopum ejecit, donec ab Im-
peratore reſtitueretur a. 118
A. 1188 in Livoniam deducta

Meini-

nardus, Canonicus Segeber-
genſis, qvi poſtea Livonum à
ntifice confirmatus eſt Epiſ-
pus. Itum inde cum Lubecen-
bus in Syriam, ubi expugna-
Ptolemaide, novus Teutho-
nius datus Ordo, qvi ſub præ-
tu reformandi gentiliſmum,
gnam Livoniæ occuparunt par-
, ut & totam inde Boruſ-
m. Ordinis hujus primus fuit
ricus VValbode, qvem ſeqvu-
eſt *Otto von Karpen* Nobi-
& civis Bremenſis. A. 1198
em fundarunt Rigam auſpi- *Riga fun-data.*
Alberti Epiſcopi Livonienſis,
Bremâ ortus ſimul Rigenſis
iſcopi nomen tulit, & Ri-
ipſa Bremenſis civitatis in-
nia ſuſcepit. A. 1208 cum
nium rem urgerent Wolde-
ri, Ducis Sleſvicenſis contra
hardum de Lippia, Oſnabru-
nſem Epiſcopum eccleſiaſtico
jecti interdicto donec ad au-
ritatem Pontificis ſeqvuti Ger-
rdum eſſent, atqve ei ſublatis
aſſent manibus; qvod tamen
ſtea Archiepiſcopus publico
ſuo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 25 vol. 2

ſuo civitati cavit diplomate, e
qvidqvam exinde civibus præju
cii futurum ; ſed cum poſtea G
hardus telonia in Viſurgi B
menſibus eripere moliretur,
qve id injecta flumini catena
vibus tranſitum prohibere vel
Bremenſes roboratâ ſervis pr
dictam diſcidere catenam &
luti rei benè geſtæ ſecum ab
lêre trophæum. Conſpicatus
de navem hac lege pacem conc
ſit Bremenſibus, ut arx ab
chiepiſcopo recens in id inſtru
Bremenſium cederet ditioni : c
poſtea diruta, etiam à Bremen
bus admiſit, qvæ hodie *Lang*
del dicitur in locum prioris *A*
Seqvuta inde teloniorum omni
immunitas per univerſam diœc
ſim, qvæ & ann. 1328 & 14
repetita & confirmata. Con
cto cum Stedingis bello terti
prædæ tulit partem, cum Old
burgenſem prius Comitem in a
cecidiſſent. Inde a. 1235 bell
cum Ottone, Henrici Leonis
Guilielmo filio nepote ; ſed q
facile poſtea redemptum diſſi

a. 12

1236. A. mox 1243 nova inſti-
ita pactio cum Comitibus Ol-
enburgenſibus, ne ſe invitis qvę-
inqve Viſurgi imponerentur for-
litia, & in toto ſuo Comitatu à
loniis eſſent liberi: urgente ne-
eſſitate de auxiliis eſſent certi, &
qvid intercederet controverſiæ
l amica tranſactione ſopiretur,
vod poſtea etiam ſubinde reno-
atum ann. 1257, 61, 1403
408 & 1461. A. 1252. Wilhel-
nus, Hollandiæ Comes privile-
ia confirmavit ab Henrico V. da-
a. A. 1258 incendio conſumpta,
c cum Hildebaldo hac lege ſopi-
um diſſidium, ut Chariſſimi di-
erentur filii, nec ullæ ripis impo-
erentur arces. A. 1275 expila-
æ ædes Archiepiſcopi ob vulnera-
um aurifabrum; pax redempta
onfeſſione culpæ. A. 1285 in-
endio vexata urbs, & ann. 1291
c 1297 jus acqviſivit piſcandi in
Ochtmunda *Ericus*, Rex Nor-
vegiæ inter familiariſſimos Regni
ſſumpſit a. 1294. Conventum
tiam cum Giſelberto Archiepiſ-
copo a. 1301 ut Civitas jure ſuo
libere

libere uteretur, nec qvaſcunq;
in diæceſi pateretur arces. A. 13
Stephaniana parochia muro c
cumdata. Cauſam facit diſco
dia civium, qvam ſeqvuta fuit t
tius civitatis inde accuratior m
nitio. A. 1316 Wurda ab Olde
burgenſibus Urbi oppignora
pro 1800 aureis. A. 1344 Par
chia Martiniana tota prope ign
conſumpta, & anno ſeqven
cum Oldenburgum à Duce ſu
privilegiis donata eſſet, eoru
cuſtodia Bremenſibus commiſſa
& teloniorum remiſſio urbi con
ceſſa. A. 1351. peſtilentia per to
tum ferè orbem graſſata Brema
ex potiorib. 6766 extinxit, qvibu
non adnumerantur ex vulgo 1359
A. 1361 Bremenſes cum aliis Han
ſeaticis juncti civitatibus ac Sve
ciæ Norwegiæqve Regi *Waldema*
ro ſe oppoſuerunt Dano, & inſi
gne laudis tulerunt præconium.
A. 1369 magnæ cum Brunſvicen
ſium Duce ac ſeditioſis civibus diſ
cordiæ, qvibus finem non niſ
qvorundam fecit pæna. A. 138
Haſonem Nuſenem piratam ultimo
ſuſtu

ſtulerunt ſupplicio, ejuſqve ter-
torium *Lubbe Onecken* Friſio poſt
ræſtitum fidelitatis juramentum
onceſſerunt. A. 1386 *Elm, Lith* &
unenberg urbis evaſerunt vaſalli.
. 1400 Butiadingenſes Friſios ob
trocinia vicerunt & ſubegerunt.
. 1307 Chriſtianum Oldenbur-
um, qvod Butiadingenſibus o-
em tuliſſet, commiſſo ſupera-
unt prælio, captumqve Bremam
dduxerunt, & a. 1420 Sigiſmun-
us Imperator Butiadingenſis tra-
tus adminiſtrationem Bremenſi-
us ceſſit. A. 1426 Bellum fuit
um Friſiis, captum ſuum Ar-
hiepiſcopum *Nicolaum* ex ho-
tium eripuerunt manibus. A.
429 tantus fuit calor, ut feſto
Nicolai arbores iterum floruerint,
qvem ſeqvuta gravis peſtis. A.
433 *Sigiſmundus* Imperator Bre-
nenſibus aqva interdixit & ig-
ne, qvod Conſulem ſuum inno-
centem ſupplicio affeciſſent: res
compoſita ſolutione pecuniæ de-
functi hæredibus. A. 1442 Con-
tentio fuit cum Philippo Burgun-
diæ Duce, qvod halecum turbaſ-

 ſet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 25 vol. 2

ſet piſcationem; ſed reconcil
a. 1446. Cum a. 1475 *Carolus*
dax obſideret Noveſium, Brem
ſes auſpiciis *Friderici III* Imp.
obſeſſis miſerunt auxilia duce
nero à Berſen, Senatore ſuo, u
altera occaſione cum Impera
filium ſuum Maximilianum à B
genſibus in Flandria captivum
beraturus eſſet. A. 1522 *Henr*
Zutphanienſis, Monachus Ord.
Auguſt. Vir latinè, Græcè & l
braicè doctus, Bremæ contra p
tificiam religionem primus ace
mè concionatus eſt, qvem pro
mè ſeqvuti ſunt *Jacobus Prob*
Antverpienſis, & *Jacobus Tim*
nus Amſtelodamenſis. A. 15
Miſſa in omnibus templis, excep
Cathedrali, abrogata, ex q
tandem etiam ultimò excluſa
1532. Brema item inter civi
tes prima fuit qvæ Luthero ſu
petias tulit; ſed à qvo poſtea
ſcivit a. 1561 ad Calvinianos. In
dit interim memoranda hic Viſ
gis per utramqve ripam inund
tio, qvam inde a. 1539 deplora
da ſeqvuta fuit peſtis. A. 15

q

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 25 vol. 2

vidam *Barkthaſar* Dominus in E-ens, Stedeſdorff & Witmond iverſis piraticis Bremenſium de-rędatus naves novæ civibus hoſti-tati occaſionem præbuit. Nam atim atqve à Spirenſi damnatus uit judicio, aſſumptis in ſocieta-em Principibus atqve Civitatibus, vibus mandata fuerat exeqvutio, rcem Eſens cum toto territorio i in poteſtatem redegerunt, qvam oſtea rogatu *Philippi* Haſſiæ andgravii, in feudum conceſsê-e Comiti *Joanni Redberga.* Hanc ltimò Bremenſes a. 1554, poſt econciliationem, cum aliis do-niniis in manus tranſtulêre *Ca-li V*, qvi iiſdem Redbergenſi-us Comitibus, ut & eorum ucceſſoribus, Orientalis Fri-æ Comitibus perpetuo poſſiden-am jure largitus eſt. Natis nde cum *Carolo V* diſſidiis a. 547 juſſu Imperatoris obſidio-e urbs cincta fuit ab *Erico* Brunſ-icenſi & Luneburgenſi Duce, t *Chriſtophoro à Winsbergh*; ſed vam obſidionem facile ſolvit a-nicus Confœderatorum exerci-

tus, auſpiciis *Alberti* Mansfel
Comitis, & *Wilhelmi Tomshi*
qvi pertæſi qvadrimeſtrem civi
obſeſſorum calamitatem, i
Luneburgenſem Ducatum im
tum fecerant: qvem conat
præventurus Dux Luneburgen
obſidionem ſolvit, inqve Dr
kenburgii vicinia, haud proc
Viadro, obviam progreſſus c
ſuſqve in Hamburgenſium inc
manus, Bremenſes victoriæ p
mium tulerunt, omnem *Erici* b
li apparatum, impedimenta it
omnia, cum bellicis octodecim t
mentis. A. 1555. ingentes natæ f
runt de Religione controverſię
ter *D. Albertum Hardenbergh* &
teros urbis concionatores atq;
ficultates, adeoqve periculoſæ
qve moleſtæ ut a. 1560 ex vigi
& octo Senatoribus, Senatum c
ſtituentibus, viginti duo ſpo
ex urbe exceſſerint, & ſex t
tum in urbe remanſerint. A. in
1563 cum urbs ex communic
Hanſeatici fæderis ejecta eſſ
Imperator *Ferdinandus* qvod in
diſſidentes de judice conven

on poſſet, litis controverſiam
d ſe revocavit, ac multas tandem
er ambages ſuam in civium favo-
m dixit ſententiam. A. 1564
omus Theutonicæ Mariæ cum
nnibus bonis hactenus poſſeſſis
dominium venit civitatis. A.
566 graviſſima epidemica per
bem inter cives ſæviit lues, &
is illa controverſia, qvæ inter
cedentes ab urbe & tumultuan-
em intus civem ob religionem
xtiterat apud *Maximiliani* Impe-
atoris ſopita Commiſſarios, &
ommuni Electorum decreto
ommendata. A. 1567, *Anto-
ius* Comes Oldenburgicus ad ri-
am Viſurgis cum in Dedeſtor-
ienſi Wurdæ parochia novum
oliretur munimentum Impera-
or, interventu Bremenſium, il-
ud prohibuit. A. 1575 compoſi-
a cum Wurſatis de ceſpitibus fo-
iendis controverſiâ, datis & ac-
eptis utrinqve cladibus ac dam-
is. A. 1576 Inteſtinum de reli-
gione diſſidium iterum recruduit;
ed qvod invitis nonnullis Hanſea-
icis civitatibus amicè compoſi-
 tum
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 25 vol. 2

tum eſt in aulâ Cæſaris; & urge-
te Revalienſes Moſcho, jamq
penè fatiſcentibus pyrium ſubm
ſit pulverem, & alia qvæ ad d
fénſionem facerent. A. 1577 Cu
Stephanus Poloniæ Rex bellu
moliretur in Gedanenſes, eaqv
res totum maris commercium a
qve navigationes per mare Balth
cum turbatura videretur, vocar
te *Friderico* Rege Daniarum Ha
ſeaticas Civitates in ſocietate
Segebergam inter convocatas, ſo
fuêre Bremenſes, qvi conſiliis diff
cultatem citius, qvam armis ex
pediri poſſe judicarunt. A. 158
natam de finibus controverſia
inter Lubecenſes & Hamburgen
ſes interventu Imperatoriæ Maje
ſtatis in ſe ſuſceperunt Bremen
ſes & Brunſvicenſes. A: 1598 No
vum cum Wurſatis diſſidium; ſe
qvod iterum Bremenſium compo
ſuit prudentia. A. 1599 *Franciſ*
cus Mendoza, Amirallius Arago
num, ubi cum Hiſpanico exer
citu in vicinum Weſtphalorum ir
ruiſſet agrum, ac cuncta incen
diis fatigaret atqve populationi-
bus,

us, ita ut jam ipſi imminere vi-
eretur Saxoniæ, cum Archiepiſ-
opus cum *Henrico Julio* & *Erneſto*,
runſvicenſibus & Luneburgenſi-
us Ducibus tentaret fædus, non
rius eſt ſortitus eventum, qvam in
Bremenſis conſenſiſſet civitas,
Principes ipſi de reciprocatio-
e auxiliorum per litteras ſatis ab-
nde caviſſent. A. 1600 Diſſi-
entibus inter ſe Duce & civitate
runſvicenſi, ac jam jam de cor-
piendis ipſis cogitaretur armis,
um Imperatoria Majeſtas ad pu-
licam omnia tranqvillitatem per
anſeaticarum Civitatum dele-
atos dirigeret, in his maxime
dhibiti ſunt, qvamvis tum tempo-
s re infectâ, Bremenſes. A. 1601
oſtulante Imperatore ut, urgen-
e Turcici belli neceſſitate, pro
ucenties mille imperialibus ali-
vando ſolvendis Civitas fidem
uam interponeret, ex propria
beralitate non exiguam pecuniæ
ummam expoſuit, novumqve ur-
i adjecit propugnaculum ad Ste-
hani etiamnùm portam ſitũ. Me-
morabilis hic ſimul fuit conventus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 F 25 vol. 2

inſtitutus ab *Eliſabetha* Angliæ Re-
gina, & *Chriſtiano IV* Daniarum
Rege, in qvo componerentur qvæ-
cunqve intercedebant de grava-
minibus negotiatorum Anglorum
ad Hanzeaticas confluentium ci-
vitates, cum an. 1564 exclude-
rentur Belgio, ac illis paſſim jam
inundaret qvaſi Embda, Ham-
burgum & Stada, qvæ omnes
peregrinorum horum ægre fere-
bant confluxum; qvamvis brevi
poſt ob inſperatum Reginæ obi-
tum tandem evanuerit irritus.
1611 multa hic graſſata lues ali-
qvot hominum abſtulit millia,
a. 1624 diverſa fulmen loca teti-
git, atqve in iis maximè ad orienta-
lem portam qvadratæ formæ tur-
rim pyrio pulvere refertiſſimam,
cujus pars ſumma ipſo citius diſſi-
liit momento: inexpectatus inde
ictus qvingenta ædibus detraxit
tecta, confractiſqve ut plurimis
feneſtris qvam plurimos peremit.
Miraberis hic ſeptem ſimul in tur-
ri eadem captivos evaſiſſe incolu-
mes. A. 1627 Peſtis hic iterum
gravis, ut qvæ ex vario undiqve
gen-

ntium per bella concurſu ad de-
es hominum ſuſtulit millia. Se-
utus illam Cæſareus exercitus
ctu *Morgani* Generalis, à qvo
ollerlandia & Werderlandia
iſerrimè vaſtatæ. Natum inde
unimentum *Ter Burgh*, qvod
erum a. 1631 occupatum & de-
ctum. A. 1638 minor Cathedra-
s templi turris corruit. A. 1638
Iolſatiæ Dux & Archiepiſcopus
remenſis Lutheranæ religionis
xercitium in templum introduxit
Cathedrale, ſive D. Petri. Cui
um Senatus Bremenſis ſe vehe-
menter opponeret, tandem Rege
Daniarum *Chriſtiano IV*, Confæ-
eratæ Belgicæ Proceribus, at-
qve civitatibus Lubecâ & Ham-
burgo intercedentibus Stadæ con-
ventum a. 1639, ut Conſules,
Senatus & Cives Bremenſes Ca-
pitulum Cathedrale, ac cives
ſuos Lutheranæ religioni addictos,
ut & alios incolas, aut extraneos
Auguſtanæ confeſſionis in templo
Cathedrali, ſive in ædibus ſuis
neceſſitate ita poſtulante, exer-
citio operam dantes nullo modo

aut ratione impedirent, qvav-
cumqve moleſtia afficerent; C
ves autem & incolæ Lutherani
beros ſuos ſuis concionatoribus
templo Cathedrali baptizand
offerentes nihilominus Breme
ſibus concionatoribus priſco
freqventato more ſatisfaceren
utriusqve partis concionatores
tiam utriuſqve baptiſmi ſuſcept
res admitterent: Lutherani Civ
matrimonii futuri proclamati
nem Bremenſium Parochiaru
concionatoribus committerent
Clerus verò, & qvi Senatui no
ſunt ſubjecti, Lutheranis in Cath
drali templo concionatoribus illu
peragendum concederent. Cath
dralis autem templi Concionat
res nullum ſibi in Lutheranos cive
jus arrogarent: ac tandem utriu
qve partis miniſtri & concionato
res à convitiis & vexationibus mu
tuis abſtinerent. A. 1642 circ
nativitatem Chriſti pluviarum at
qve nivium tanta hic fuit copia
ut, intumeſcentibus aqvis, Vi
ſurgis alveum ſuum egreſſus ex
undationem a. 1599 integro pe
de

e ſuperaverit, & occiduas urbis
remæ regiones involvens diverſa
iſturbarit ædificia, & præcla-
iſſimas domos diruerit. A. 1647
rgaſterii turris cælitus tacta, in
qva pyrius aſſervari ſolet pulvis,
excenta disjecit ædificia, & ad
qvadraginta fere extinxit homi-
nes. A. item 1648 immanis hic
aëris ventorumqve fuiſſe legitur
tempeſtas.

De Epiſcopatu & Archiepiſcopatu Bremenſi

